



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Gertrvdis Vidva.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

mutatam fuisse. Quod ne quis fabulosum putet, ego ipse,  
inquit Drogo, qui hæc scribo oculis meis eas gemmas  
vidi, & nomen Domini benedixi.

## GERTRUDIS VIDVA.

**F**uit Adalbaldi ducis Duacensis auia, & post mortem *Dec.*  
Rigomari coniugis sui, Monasterium in Hamatico  
ædificauit, ubi & anno Domini 655. viuere desijt in  
Monasterij regimine successit sancta Eusebia eius pro-  
neptis quam educauerat, utraque ex Hamatico inde  
postea ad Marchianense sancte Reritidis Coenobium est  
translata.

## GERTRUDIS DE POTTELLIS.

**N**obili loco nata, fuit decima tertia Abbatissa Coe-  
nobij Cisterciensis Gandaui, quod vulgo portus  
B. Mariæ in Boloka vocatur; mulier apud suos insignem  
pietatis famam habens: cuius ideo vitam hic coniungere  
visum fuit.

*Vita Gertrudis de Pottellis Abbatissæ xiiij. Monasterij  
B. Mariæ de Biloka Ordinis Cisterciensis.*

**A**nno ab incarnatione Domini 1400. die 30. mensis  
Iulij vacante regimine monasterij B. Mariæ de Bilo-  
ka Ordinis Cisterciensis, eius loci moniales instinctu S.  
Spiritus elegerunt sibi in Abbatissam, venerabilem, nobis-  
lem ac deuotam Religiosam D. Gertrudem de Pottellis  
multis S. Spiritus charismatibus insignem, nec non ab ipsa  
congregatione tali munere dignam in multis probatam.

O 2                    Ele-